

Johann Cothmann

**Proreector Academiae Rostochiensis Johannes Cothman, S. S. Theologiae  
Licentiatus & professor Ad Exequias, Quae Viro ... Dn. M. Cunrado Brandt  
Scholae Senatoriae collegae dignissimo. Hodie hora prima in templo Mariano a  
vidua relicta moestissima parantur. Omnes omnium ordinum cives Academicos  
officiose invitat**

Rostochi[i]: Pedanus, 1631

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74742201X>

Druck    Freier  Zugang



Cothmann, J.,

in C. Brandt.

R. 1631.

72.







PRORECTOR  
Academiae Rostochiensis 46.  
JOHANNES COTHMAN,  
S. S. Theologiae Licentiatus &  
professor

*Ad*  
Exequias,

*Quæ*

*Viro præstantissimo & Doctissimo*  
*Dn.*

M. CUNRADO  
BRANDT

Scholæ Senatoriæ collegæ  
dignissimo.

*Hodie hora prima in templo Mariano  
à vidua relicta mæstissima parantur.*

*Omnes omnium ordinum cives Academicos officiosè invitat.*



ROSTOCHI  
Typis JOACHIMI PEDANI Acad. Typ.  
ANNO M. DC. XXXI.

M. CUNYADO



PRORECTOR  
Academie Rostochiensis  
**JOHANNES COTHMAN**  
S. S. Theologiaz Licentiatus &  
Professor.

Hilosophorum principes, ut Aristotelem appellat Cicero. Libr. 4. Tusculanarum Quæstionum, libr. 3. Ethicor. cap. 6. mortem maximè omnium terribilem esse, cum sit ultimum vitæ: & nihil post homini mortuo aut bonum aut malum esse videatur, affirmat. Hæc quidem à gentili, Christianorum conditionem corporumq; resurrectionem ignorantē dicuntur, nos, queis meliore luto fixit præcordia titan, qui ppe in Schola Spiritus. S. edocti, longè aliter mortem consideramus verè namq; dicimus cum Apostolo: si in hac vitæ spem in Christo tantum fixam habemus maximè miserabiles omnium hominum sumus. Mors ergo Christianorum tantum abest ut sit terribilis, ut poti⁹ maximè, hoc imprimis exulceraliſſimo ſeculo, fit optabilis; quamvis enim mors sit separatio animæ à

A 2

cor-

corpore; non tamen separatio animæ à Deo,  
cum mors ipsa non separat veros Christianos à  
dilectione Dei, verum eundem à facie ad faciem  
contemplandam exhibeat, dicente enim S. Io-  
hanne videbimus Deum in altera vita sicuti  
est. In hujus vitæ ergastulo tanquam carcere a-  
liquo tenebricoso adhuc viventes, verissimum  
quidem est, ipfius Jehovæ dictum: non poteris  
( tu Moses ) videre faciem meam, non enim vi-  
debit me homo & vivet. Et: Deum nemo ho-  
minum vidit, neq; videre potest. At in altera  
vita exorto sole justitiæ, ac dispulsis densissi-  
mis vitæ hujus calamitosissimæ tenebris, Deum  
quem in hac misericordia caligine oculis no-  
stris usurpare non potuimus, ovantes videbimus.  
Quam beatissimam visionem cum consideramus,  
merito cum matre Augustini Monica, evolem⁹  
hinc, evolem⁹ hinc, identidem ingeminamus.  
Gaudij hujus nunquam finiendi, beata ex hac  
vita emigratione, particeps factus est, piè de-  
functus noster vir præstantissimus ac Docti-  
simus Dn. M. Conradus Brandt Scholæ senato-  
riæ Collega fidelissimus & dignissimus. Qui se-  
culi elapsi Anno 93. tertio idus septembribus vi-  
tam hanc calamitatibus, pressuris, auxietatib⁹  
&c. Undiq; quasi agniente facto, stipatam, in-  
gressus.

gressus est, patre natus viro Integerrimo & Do-  
ctissimo Dn. Cunrado Brandt Secretario Rei-  
publ. Rostochiensis per multos annos vigila n-  
tissimo, filio opificis & civis Rostochiensis,  
cui cognominis fuit, & Catharina Sengespir-  
sen fæminæ ornatissimæ; matre autem Cathari-  
na Lindenbergs filia viri prudentissimi & spe-  
ctatissimi Dn. Caspari Lindenbergij Senatoris  
de Reipub. hac bene meriti: sorore fæmina-  
rum lectissimarum, Anna conjugis viri Reve-  
rendi & clarissimi Dn. M. Henrici Dinggravij  
superintendentis apud Wismarienses vigilan-  
tissimi: Ursulæ uxoris viri Reverendi & Docti-  
ssimi Dn. M. Gabrielis Reusneri pastoris Wism-  
ariensium dignissimi: Elisabethæ conjugis vi-  
ri Reverendi & præstantissimi Dn. M. Joachi-  
mi Boldebuchi animarum curatoris Grevismo-  
læ vigilantissimi, & virorum literatissimorum  
Dn. Caspari civis Rostochiensis primarij Dn.  
Nicolai Ecclesiastæ apud Rostochienses meri-  
tissimi Dn. Petri poetæ & chronologi celeber-  
rimi. Quorū ut insisteret vestigijs piè defunctus  
noster, jactis fideliter in Schola patria primis li-  
terarum fundamentis, initio parchimum, in-  
deq; Lubecam civitatem imperialem liberam,  
parentum consensu, uberioris doctrinæ gratia:

A 3.

conces-

eō concessit. Ibidemq; ad pedes, ut scriptura de  
discipulis loquitur, viri Reverendi & clarissi-  
mi Dn. Othonis Gualtheri Theologi, Philosophi  
& Philologi, tunc temporis celeberrimi, Re-  
ctoris Gymnasij Lubecensis dignissimi, sedit.  
cumq; Lubecæ per biennium circiter commo-  
ratus esset, Brunswigium abijt, illinc à paren-  
tibus revocatus professorum publicè legenti-  
um Academiæ patriæ sedulus auditor fuit, cum-  
que aliorum hominum mores videndi studio  
teneretur, parentibus hortantibus, peragrata  
Marchiâ, Misniâ, Silesiâ, Moraviâ, Ungariæ  
bona parte, Bohemiâ, sustitit tandem studio-  
rum continuandorum gratiâ pragæ, quæ ejus  
regionis metropolis est, ubi ultra biennium  
sedulam studijs dedit operam. praga discedens,  
peragratâ & perlustratis celebrioribus Ger-  
maniae Academijs & urbibus, dulcedine patriæ  
allectus, Rostochium redijt Anno 1615. ut autem  
studiorum fructu potiretur, gradum petijt &  
imperavit Magisterij ætatis suæ anno 24. post-  
quam autem publico hoc eruditioñis testimonio con-  
decoratus esset Anno 1617. ætatis suæ 23. ab Am-  
plissimo & prudentissimo urbis hujus senatu  
primùm Cantor Petrinus, porro Quartæ clas-  
sis

sis moderator Anno 1628. ætatis suæ. 35. electus  
est, quam spartam ita exornavit ut cùm pro-  
pter concordię studium & morum facilitatem,  
tùm ob eruditionem inq; docendo dexterita-  
tem à collegis & discipulis fuerit amatus. Qui  
illum ut collegam & præceptorem lugent. Im-  
primis verò conjunx illius, vidua relicta mæ-  
stissima, *Dorothea*, *Hans Detleuen* viri integer-  
imi filia, defunctum nostrum acerbo luctu de-  
flet, considerans quod decem & pacato unum  
annos in tranquillo & vixerit conjugio, in quo  
trium filiarum, *Dorothea Catharina Angela*,  
& filij unius *Iohannis* defunctus noster pa-  
rens factus est, qui liberi, Angela excepta,  
patrem depositione mortalitatis anteverte-  
runt, Ante paucos dies defunctus noster cum  
febri ardente conflectari cœpit, & quamvis re-  
stituendæ sanitatis spes esset vicit tamen mor-  
bus ac filum vitæ 13. hujus septima vesperti-  
na abrupit.

Cum verò vidua relicta mæstissima  
corpus exanime terræ, unde desum-  
tum est, mandare hodie constituerit,  
à civibus Academicis enixè contendit

ut

ut funus concomitari haud graventur.  
Quod officium civi Academicō debi-  
tum ut singula Acadēmīæ membra  
præstent & hora prima in templo Ma-  
riano frequentes conveniant officiose  
rogo hortor & moneo. P. P. Rosto-  
chij Sub sigillo Acadēmīæ 16. Decem-  
bris ANNO M, DC. XXXI.











gressus est, patre natus viro Integ-  
etissimo Dn. Cunrado Brandt Se-  
publ. Rostochiensis per multos a-  
tiissimo, filio opificis & civis R-  
e cui cognominis fuit, & Cathari-  
sen fæminæ ornatissimæ; matre a-  
næ Lindenbergs filia viri prudenti-  
& etatissimi Dn. Caspari Lindenbe-  
de Reipub. hac bene meriti: so-  
rum lectissimarum, Annae conjug-  
rendi & clarissimi Dn. M. Henr.  
superintendentis apud Wismari-  
tissimi: Ursulae uxoris viri Rever-  
issimi Dn. M. Gabrielis Reusneri  
mariensium dignissimi: Elisabeth  
ri Reverendi & præstantissimi L-  
mi Boldebuchs animarum curato-  
læ vigilantissimi, & virorum lite  
Dn. Caspari civis Rostochiensis  
Nicolai Ecclesiastæ apud Rostoc-  
tissimi Dn. Petri poetæ & chroni-  
cæ. Quorū ut insisteret vestigijs  
noster, ja etis fideliter in Schola pa-  
terarum fundamentis, initio par-  
deq; Lubecam civitatem imperia-  
parentum consensu, uberioris do-

A 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. 20110707

Do-  
Rei-  
a n-  
sis,  
spiro-  
vari-  
spe-  
oris:  
ina-  
eve-  
avij  
lan-  
octi-  
Vis-  
s vi-  
uchi-  
mo-  
rum  
Dn.  
eri-  
ber.  
ctus:  
sli-  
in-  
am,  
atia-  
ces-